



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium**

**Brusch, Kaspar**

**Nürnberg, 1682**

S. Magni Faucense cœnobium, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38166**

S MAGNI Faucense cœnobium, ordinis D. Benedicti, in alpestri Suevia ad Lycum amnem in ejusdem nominis Episcopali oppido situm, diœceseos Augustanæ, dictum olim Faucense, nunc parum mutata voce Fussense, quod intra Sueviæ Alpium fauces quasi lateat: id, inquam, fundatum est anno Domini 720. ad preces S. Magni, unius etiam ex omnium primis Germaniæ Apostolis, à potentissimo Francorum Rege Pipino: postea auctum & locupletatum à Carolo Magno Rege, & à Wicterpo, Episcopo Augustano: donatum verò à Leopoldo, Austriae Marchione, & Guelphone, Suevorum Duce, ut est in his veteribus versiculis *Jacobi Philomusi*, Poëtæ Laureati.

*Cœnobium Fuessen regali dote Pipinus*

*Fundavit, sancti permotus numine Magni.*

*Vastatum Cæsar reparavit Carolus idem,*

*Atque Augustana Simbertus presul in urbe.*

*Austriacæ post hæc Leopoldus Marchio terræ,*

*Guelpho Suevorum Dux ampliter augmentarunt.*

Catalog.  
Abbatum.

Hujus loci Abbatum talis reperitur catalogus.

1. *S. Magnus*, S. Galli discipulus, primus hujus cœnobii unicum Francorum Rege Pipino fundator, ejusdemq; primus Abbas, præfuit 25. annis, Pontificatum Stephano II. tenente, & feliciter obiit anno Christi 745. clarus miraculis tam in vita, quam post mortem. Sepelitur in cœnobio suo, ubi hodie adhuc corpus ejus monstratur.

2. *Conradus*, qui in media Ecclesia Faucensis monasterii sepultus cernitur.

3. *Wolpoto.*

4. *Godeboldus.*

5. *Ortolphus.*

6. *Bertholdus.*

7. *Wilhelmus.*

8. *Adalberus*, alibi *Adilhalmus* dictus, non Faucensis tantum, sed & Utenburrhanus, Wingartenensis, domus S. Petri Constantiensis & Neresheimianus Abbas, obiit anno Dñi 1094.

9. *Ruper-*

9. *Rupertus*.
10. *Bernoldus*.
11. *Guntherus*.
12. *Leutolphus*.
13. *Gesilo*.
14. *Egino*. Isti tredecim Abbates præfuerunt monasterio Fau-  
censi 445. annis. Tot enim effluxerunt anni à tempore S. Magni,  
usque ad sequentem Abbatem : alioqui nihil de ipsis habetur  
scriptum.
15. *Henricus* cepit præesse monasterio Faucensi anno Chri-  
sti 1190. Præfuit laudabiliter annis 10.
16. *Gerungus* eligitur anno 1200. Præfuit annis 11. Obiit  
anno 1211.
17. *Conradus* præfuit annis 14. Obiit anno 1225.
18. *Dietho* præfuit annis 15. Decessit anno 1240.
19. *Ruggerus* præfuit annis sex. Exiit hominem anno gra-  
tiæ 1246.
20. *Rudolphus* præfuit annis 12. Excessit è vivis anno salu-  
tis 1258.
21. *Albertus* præfuit annis sex. Obiit anno 1264.
22. *Hermannus* præfuit annis octo. Moritur anno gratiæ  
1272.
23. *Hilteboldus* præfuit annis 15. Decessit anno 1287.
24. *Conradus* præfuit annis 16. Evocatur ex hac vita anno  
salutis 1303.
25. *Hermannus* secundus hujus nominis præfuit annis 13.  
Obiit anno 1316.
26. *Hermannus* tertius præfuit annis 10. Obiit anno 1326.
27. *Goswinus* præfuit annis 9. Valedixit hominum in terris  
viventium consuetudini anno Christi 1335.
28. *Joannes* præfuit annis undecim. Obiit anno 1346.
29. *Henricus* præfuit annis 12. Decessit anno Dni 1358.
30. *Udalricus* præfuit annis septem. Obiit anno incarnat-  
ionis Verbi 1365.
31. *Luitbrandus* præfuit annis 16. Migravit ex hoc  
anno 1381.

32. *Joannes* præfuit annis 10. Obiit anno 1391.
33. *Fridericus* præfuit annis 13. Evocatur ex hac vita anno 1404.
34. *Joannes* annis 9. Decessit anno Christi 1414.
35. *Georgius* præfuit annis octo. Posuit gubernationem anno gratiæ 1421.
36. *Ibanus*, forte *Eobanus*, præfuit annis 16. Erat nobilis à *Rotenstein*, qui interfuit prius hujus cœnobii nomine Concilio Constantiensi: moxque postea Basiliensi. Obiit anno Domini 1438.
37. *Joannes Schmeerlaib* præfuit annis 8. Hoc præfidente, magna pars *Faucensis* oppidi incendio periit una cum monasterio. Obiit anno 1446.
38. *Conradus Klammer* præfuit duobus penè annis. Decessit anno 1447.
39. *Joannes Algerus* seu *Algovius* præfuit annis 30. fideliter & feliciter. Is reædificavit Abbatiam & dormitorium, & fuit primus Abbas post reformationem monasterii. Valedixit vitæ & Abbatia anno Domini 1477.
40. *Joannes Hesus* præfuit annis 21. egregius monasterii sui ampliator, qui tandem propter senium gubernationem an. 1498. resignavit.
41. *Benedictus Furtenbachius* præfuit annis 34. & resignat anno 1532.
42. *Joannes Baptista Bentzingerus* præfuit annis 13. Obiit anno 1545.
43. *Gregorius Gerenhoch* successit Baptistæ, vir hospitalis ac munificus. Præsidet adhuc feliciter hoc currente Jubileo.

☉ ☉ ☉

**S.** **MARIE** mons *Bodobrigius*, vel monasterium *B. Virginis* Mariæ in monte extra muros *Boppardenses* paululum à *Rheno* supra civitatem versus *Hunnorum* præsidia situm, *Benedictinæ* professionis monialium à civibus ejus urbis primum cœmæ conditum esse legitur, privilegiatum vero à *P. M. Gregorio II.* subjectū *S. Matthiæ Treverensi* cœnobio, temporibus *Hen-*